Dr. M. M. I. 174 ßg.

Responsio fratris Martini ad literas Cardinalis

Illustrissimo & vere optimo principi Dno frederico Electori sacri Romani imperij Mars. Duci Saxoniae pre, sidi Thuring. Marg. Mis. Dno suo clementissimo dedi: tum mancipiū frater Martinus Luther Augustinianus felicitatem & quicquid oratio potest peccatoris

Accepi clementissime ac illustrissime princeps per ami: cissimū meum Dnm Georgiū spalatinum literas vna cum exemplo literarū Rndiss. Dni T. S. Card. Sedis Apos. tolicae legati voluntate illustrissimae dominationis tuae ad me misso, accepi aute & reuerenter & hilariter video enim pulcherrimam totius causae meae exponendae occasionem datam, vnū solum ab illustriss. celsitudine tua precatus fuero, vt sordidum hunc & mendicum fraterculum splendor magnitudinis tuae clementissime tolleret balbucientem Primum vere scribit Rndis D. me saluo conductu voluisse muniri meam Augustae presentiam, neque id fieri aute meo aute illustrissimae Dominationis tuae consilio, sed vniuersorum singulorū & omnium quibus fueram literis commendatus, excepto vno domino Vrbano oratore, qui solus multis modis dissua sit, sed necesse fuit mihi vt omnes preferrem vni